misticum jurisdictioni se successores, bonaque sua omnia quo ad actum effectumque inscriptionis praesentis ut
timet incorporandum et inuisceratum mente et corpore sanus ex iure publice per expressumque et hoc
renouando et denuo recognoscendum inscriptionem eandem in actis praesentibus superius contentis
sub actu feria quarta ante festum Ascensionis Christi domini in caelum proxima Anno Domini
Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Recognouit Quia Nobilis Thim-
ko Popiel Kolodrub eiusque ultimus successoribus centum et decem florenorum pecuniae pre-
cedens mon polonice certi veri et liquidi debiti sive mutuatae pecuniae tenetur prae-
sentique inscriptione se et suos successores super omnibus bonis suis obligat pro die et tem-
pore festi Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime et in ea ventura soluere, re-
aliter circa Acta praesentia Castrensi Premisliensi reponere et relinquere, In defectu
vero solutionis et repositionis summae praefatae pro die et tempore superscriptae
extunc praefatus Dienko Thimko praesentique se et successores suos super om-
nibus bonis suis obligat eidem Popiel vel illius successoribus in tota et integra
medietate sortis suae terrae villae vniatice dare et libere admittere ac alterum
interim et actualem pacificamque possessionem per Ministerium terrae quemcumque ea extunc
per officium praesentis ad id additum sub vadio similis summae Centum et decem florenorum pecuniae
per ipsum Thimko Popiel et illius successores bona praefata a introitu accepta
ad festum Natiuitatis Christi proxime ventura et a praefato festo Natiuitatis
Domini proxime in defectu exemptionis ad aliud simile festum et sic de anno in An-
num annis sequentibus cum omni iure dominii proprietate ac cum omnibus et singulis uti-
litatibus fructibus, prouentibus, redditibus, attinentibus pertinentibus vniuersis
a granicibus ad granicies tenere habendo possidendo usque ad exemptionem et sum-
mae praefatae plenariam persolutionem, Tenebitur quoque praefatus Thimko
Thureczki ac se et successores suos super omnibus bonis suis obligat eundem Popiel et
illius successores in bonis praefatis ad omni quauis iuridica et extrainiudicia emptione
omnibusque damnis iniuriis, violentiis et impedimentis quarumlibet personarum sexus
vtriusque per omnes praescriptiones terrae, Tum ab omnibus iuribus et inscriptionibus
prioribus et posterioribus, debitis, vinculis, reformationibus, aduitalitatibus
citationibus, concitationibus et a quibusuis processibus iuris totiens quotiens opus
fuerit, tueri defendere, euincere et liberare, protegere bonaque praefata mun-
da et libera facere, Insuper etiam praefatus Thimko Thureczki se et suc-
cessores suos super omnibus bonis suis obligat inscriptionem praesentem ex his actis
ad acta terrae Premisliensis ad decursum vnius anni transferre transportare
similemque vel si opus fuerit meliore recognitionem facere, Quaeque praemissa
omnia in praesenti inscriptione contenta praefatus Dienko Thureczki se et successores
suos super omnibus bonis suis obligat et inscribit tam in toto quam in minima
parte facere complere et exequi sub vadio et vadiis speciali et speciali-
bus Centum decem florenorum pecuniae mon polonice occasione cuiuslibet rei expressis
non completae seorsim et specialiter totiens quotiens opus fuerit ad soluendum succum-
bendum, Pro quoquidem vadio seu vadiis praefatus recognoscens cum suis successoribus
citatus extunc a iurisdictione sua quauis competenti recedendo coram Castrensi Capita-
neali Premisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere
rudere ac pro praefato vadio seu vadiis, omnibus exceptionibus, controuersiis
praescriptionibus, suspensionibus, notionibus, appellationibus, eaque prosequutionibus ad quie-
tam dictam non petendo vera vel simplici infirmitatibus actione per maiori poena
nam Marcorum et triplici poena, legalibusque aliquibus impedimentis, ac aliis omnibus
quantis dictionibus, iurisque remediis in parte reiectis satisfacere cum successoribus
is totiens quotiens opus fuerit tenebitur Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante

Litinski cedit de iure Kobil

Comparens personaliter coram officio et actis Capitaneatibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis
Roman Litinski, Recedens a iurisdictione, Pallatinatibus iuribusque suis quibus-
uis propriis foroque competenti, Huic vero iuri et iurisdictioni praesenti quoad praesentem actum in 597
corporandum et subiciendum mente et corpore sanus ex iure publice per expressumque recog-
nouit, Quia de omni iure suo ratione certi debiti vigore summae viginti florenorum pecuniae
mon et numeri polonice per Nobiles Iwan et Petrum Pop Paglawski ie dictae
Kuczkowiecka sui germanos conuinctim, In alios decem florenorum pecuniae mon et
numeri polonice per praefatum Petrum Paglawski solum Poponensem sibi ipsi Roman
Litinski soluere tenetur, vna cum processu iuris super Nobilibus Iwan et Petro Pop
Paglawski ie ratione praefatae summae tam conuinctim quam diuisim in officio Castrensi Pre-
misliensi tempore imperrime praeteritto transacti interregni vigore confede-
rationis Pallatini Russiae obtentis et praeducti Nobili Bartholomeo Kobileczki eiusque
successoribus cedit et condescendit, ac de iure ratione praefatae summae et processus
ipsi Roman Litinski seruiendo totaliter et plenarie nihil sibi et suis successori-
bus reseruando, transfundit, Hanc quoque praesentem summam vna cum processu toto iuris
super ipsis obtentis vlterius consequenter ipsos iure procedendo, dat donat et concedit per-
petue et nouum, Inscribitque se et suos successores praenominatus Roman Litinski
super bonis suis omnibus iuribus et obligatoriis inscriptionem praesentem in manus Nobilis Bar-
tholomei Kobileczki eiusque successorum exactis praefatis Castrensibus Premisliensibus ad
acta terrae Premisliensis infra decursum vnius anni transferre et transportare
sub damnis terrae ad simplicem verbi ipsius Kobileczki eiusque successorum
taxatis, Pro quibus damnis terrae sibi ipse Litinski et eius successores ipsi
Kobileczki et eius successoribus ad quodcumque ius seu officium Regni Polonici cita-
re permiserit et permiserint extunc recedendo et praemissum est in primo citato-
rio termino tanquam peremptorio, Semotis omnibus dilationibus tum Minorenitis te suc-
cessorum se abdicauerit, ac omnibus iuris remediis de iure dari consuetis, stare
parere, rudere et satisfacere pro ipsis damnis terrae tenebitur Nulla in hoc
obstante praescriptione terrae

Thureczki renouat inscriptionem Lauorski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis
Michael Thureczki a iurisdictione sua quauis competenti Recedendo se cum successoribus
bonisque suis omnibus praesenti Castrensi Premisliensi iurisdictioni incorporandum et subiciendum sa-
nus mente et corpore ex iure publice per expressumque recognouit Quia Nobi-
li Dmitri Jaworski illiusque ultimus successoribus tenetur praesentibusque obligat cer-
ti veri, mutui ac liquidi debiti summam Ducentorum florenorum pecuniae mon et numeri polonice
huic pro die et festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime ventura circa Acta
praesentia Castrensia Premisliensia totaliter et plenarie dare soluere et reponere, repositamque
ab eodem officio non ex fidem bene, Casu vero quod si et in quantum summam praefatam pro
die et tempore supradicti solutioni assignatam non soluerit et eius successores solu-
erint Extunc in Crastino eiusdem diei solutioni assignatae dare et libere ad-
mittere realem interim et actualem pacificamque possessionem in bona sua terrae vigore in-
quirendo terrae possessionatae, quas sibi elegerit in bonis villae Thurka per Mini-
sterialem terrae Premisliensem quemcumque per officium praesentis iam extunc additum sub simili
summa vadio Ducentorum florenorum pecuniae mon polonice per ipsum praefatum Jaworski et
illius successores bona praefata supradicta in summa eadem tenendo habendo possidendo cum
omni iure, dominio et proprietate et cum omnibus eorum bonorum attinentiis pertinentiis fructi-
bus censibus, prouentibus, emolumentis, laboribus atque omnibus et singulis vtilitatibus ex
eisdem bonis cuiuscumque prouenientibus sic prout solus eadem bona tenuit, habuit et possidebat